

enim^{a)} est gladius, qui viscera transverberat¹⁾ utriusque; tota etiam^{b)} Christianitas huiusmodi tribulationis est particeps et hic casus fideles percutit universos. Quisnam^{c)} catholicus audiens carissimo in Christo filio nostro illustri^{d)} regi Francie eiusque^{e)} fratribus et exercitui Christiano tam grave contigisse discrimen nimis non doleat et non prorumpat in luctum! Quis fidelis sinistrum^{f)} ipsorum eventum intelligens in terram non protinus se prosternat et amara suspiria proferat ac mestas voces lamentationis emittat! O quanta est ecclesie mestitudo, quantus ipsius gemitus quantaque iactura! Plorat quippe dolendum interitum tot et tantorum propugnatorum^{g)} fidei et potissime clare memorie R.^{h)} comitisⁱ⁾ Attrebatensis^{k)} 2), quem gerebat^{l)} in claustro pectoris predilectum, et^{m)} ingemiscit etiam de tot sumptibus et laboribus, qui sic inanes et steriles efflueruntⁿ⁾! Verum^{o)} etsi sit iste casus gravissimus, non tamen^{p)} inconsolabiliter est dolendum, ne divina benignitas offendantur, presertim cum ex^{q)} eo non modica consolationis materia^{r)}, quod^{s)} idem rex nullam in crucis^{t)} negotio commisisse cernitur negligentiam vel defectum, cui se ac sua^{u)} propriis illud preferendo commodis totaliter deputavit. Unde aliqua forte peccata populi omnipotentis oculos offenderunt, propter que tantum permisit ad correctionem suorum dispendium evenire. Illud insuper debet esse non parvum tanti doloris remedium^{v)}, quod dicti rex et fratres^{w)} pro Christo, qui eos inter seculi principes honore, potentia et^{x)} divitiis specialiter sublimavit, tantam noscuntur passionem salubriter recolendo dominicam tolerare^{y)}. Potissime vero id lenire potest presentis acerbitem angustie, quod dicti regis et dilectorum^{z)} filiorum^{aa)} .. Pictaviensis³⁾ et Provincie⁴⁾ comitum fratrum eius personas divina clementia incolumes preservavit, nolens ecclesiam suam et fidem catholicam talium et tantorum principum remanere patrociniis destitutam. Ex quo namque in personis salvi permanent et illesi, et ad Ierosolimitani executionem negotii et ad omnium exercitum, que^{bb)} Christiane religionis aug-

a) tamen *M*, *V* b) enim *M* c) Quis *T* d) fehlt *M* e) suisque *M*, *V* f) sinistrorum *M* g) pugnatorum *M* h) fehlt *T* i) comite *V*
k) trabatensis *M*, Atrabatensi *V* l) gessit *T* m) fehlt *M*, *V* n) defluerunt *M*, *V* o) Verumtamen *M* p) fehlt *T* q) fehlt *M* r) e]o — materia fehlt *T* (*Lücke*) s) quoniam *T* t) huiusmodi *T* u) vel — sua] ut ipsum expensis suis *T* v) fehlt *T* w) folgt qui *M* x) fehlt *M*
y) tolerasse *M*, *V* z) dilecti *M* aa) filii *M* bb) folgt ad *M*, *V*

1) Vgl. *Iudith* 5, 28.

2) Robert Graf von Artois, † 9. II. 1250.

3) Alfons Graf von Poitou.

4) Karl I. von Anjou, Graf der Provence.